UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii, Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

Ordo Titvlorvm

urn:nbn:de:hbz:466:1-62169

Visual Library

aditur ius Canonicum. *d cap. fin.* ad exemplum iuris Prætorii, quod & in multis articulis rigorem iuris Civilis naturali quadam æquitate attemperavit. Quamvis aliàs non ignoremus, Juſtinianum præclarè & religioſè de ſacris Canonibus ſenſiſſe Quod vel indicat eiuſdem Novel. 131. *de Eccleſiaſticis titulis* § 1. ubi his verbis edicit: *Sancimus igitur, vicem legum obtinere ſanctas Eccleſiaſticas regulas, quæ à ſanctis quatuor Conciliis expoſita ſunt aut firmata*, Nicæno, ſcilicet, Conſtantinopolitano, Epheſino, Chalcedonenſi. *Prædictarum enim quatuor ſynodorum dogmata, ſicut ſanctas Scripturas accipimus, & regulas ſicut leges obſervamus.*

Accedat, quod ex iuris Canonici lectione id commodi (quod nec minimum cenſeri debet) reportent iuris Civilis ſtudioſi, quòd ea, quæ legibus Civilibus comprehenſa non ſunt, aut minus explicata, rectè mutuentur ex iure Canonico, ſicut & è diverſo rectè fit à ſtudioſis iuris Canonici, iuxta illud Lucii *III.* *cap* 1. *Ext. De novi oper. nuntiat* ſcholæ uſu & praxi forenſi receptum: *Quia verò*, inquit, *ſicut leges non dedignantur ſacros Canones imitari, ita & ſacrorum ſtatuta Canonum Principum conſtitutionibus adjuvantur.* Ut & hinc non immeritò in hac Summa noſtra, legum Civilium paſſim meminerimus. Idem factitatum videmus ab Hoſtienſi in Summa ſua: à quo tamen longè diſtamus: quod is non tam Summam iuris Canonici, quam paratitla, id eſt, ſummaria in ſingulos Decretalium Gregorii IX. titulos (quæ & inſtar iuſti commentarii ſunt) perſcripſerit: nos verò totam quaſi materiam iuris Canonici variis locis diſperſam, in quatuor Inſtit. libros, diſtinctis capitibus, coëgerimus; ita quidem, ut & ea ſimul complecteremur, quæ in lib. 6. Decretal. Bonifacii *VIII.* in Clementinis & in Extravag. tum etiam in Concilio Trid. extarent; quantum, ſcilicet, poſtulabat inſtituti operis ratio. Quæ ab Hoſtienſi omiſſa ſunt, utpote qui Summam ſuam, antequam Bonifacii *VIII.* conſtitutiones promulgatæ eſſent, & conſcripſit, & ſic mutilam eam nobis reliquit.

Itaque, benevole Lector, hunc laborem noſtrum accipe & candidè interpretare, qui in utilitatem tuam ſuſceptus, iam iterum in lucem emittitur.

ORDO

TITVLORVM

LIBRI I.

Tit. I. De inſcriptione & notione iuris Canonici.
II. De Juris ſcripti partibus.
III. De iuris non ſcripti partibus, id eſt, de traditione & conſuetudine.
IV. De iure perſonarum.
V. De ordinibus & gradibus Clericorum.
VI. Qui ordines Eccleſiaſticos conferant, & de litteris dimiſſoriis.
VII. Quibus Eccleſiaſtici ordines rectè conferantur.
VIII. De temporibus ordinationum & de ætate ordinandorum.
IX. De Clerico furtivè, vel per ſaltum promoto.
X. De officiis Clericorum.
XI. De electione.
XII. De poſtulatione.
XIII. De confirmatione.
XIV. De conſecratione Epiſcopi & uſu pallii.
XV. De translatione Epiſcopi, & renuntiatione.
XVI. De officio & poteſtate Ordinarii.
XVII. De officio Legati.
XVIII. De officio & poteſtate Judicis delegati.
XIX. De officio Archidiaconi.
XX. De officio Archipresbyteri.
XXI. De officio Primicerii, Sacriſtæ & Cuſtodis.
XXII. De officio Coadiutoris.
XXIII. De officio Capituli Sede vacante, & de Adminiſtratore & Oeconomo.
XXV. De Regularibus & Monachis.
XXVI. De vita & honeſtate Clericorum.

LIBRI II.

I. De rerum diviſione.
II. De Sacramentis in genere.
III. De Baptiſmo.

IV. De

IV. De Confirmationis Sacramento.
V. De Euchariſtia.
VI. De Pœnitentia.
VII. De extrema Unctione.
VIII. De Ordinis Sacramento.
IX. De Sponſalibus & Matrimoniis
X. Quæ in contrahendo Matrimonio ſpectanda.
XI Qui prohibentur Matrimonium contrahere.
XII. De Cognatis.
XIII. De Affinibus.
XIV. De profeſſis & ſacro Ordine inſignitis.
XV. De frigidis, maleficiatis, aliiſque impotentibus.
XVI. De infidelibus.
XVII De homicidis, adulteris & raptoribus.
XVIII. De conjugatis.
XIX. De clam contrahentibus matrimonium, ſive de clandeſtina deſponſatione.
XX. De impedimentis non dirimentibus matrimonium.
XXI. De divortiis.
XXII. De Eccleſiis ædificandis, conſecrandis, repurgandis & reficiendis.
XXIII. De religioſis domibus.
XXIV. De immunitate Eccleſiaſtica.
XXV. De cenſibus, exactionibus & procurationibus.
XXVI. De decimis.
XXVII. De præbendis.
XXVIII. De conceſſione præbendæ ſive beneficii Eccleſiaſtici.
XXIX. De inſtitutione & jure patronatus.
XXX. De Clericis non reſidentibus.
XXXI. De peculio Clericorum.
XXXII. De rebus Eccleſiæ non alienandis.

LIBRI III.

I. De contractibus & eorum diviſione.
II. De emptione & venditione.
III. De locato & conducto, & de emphyteuſi.
IV. De commodato, depoſito & mutuo.
V. De precariis.
VI. De feudis.
VII. De donationibus.
VIII. De rerum permutatione.
IX. De pignoribus & fidejuſſoribus.
X De teſtamentis & ultimis voluntatibus.
XI De ſucceſſionibus ab inteſtato.
X I De ſepulturis & Canonica portione.
XIII. De delictis.
XIV. De Simonia.
XV De hereticis, ſchiſmaticis & apoſtatis.
XVI. De ſortilegis, blaſphemis, & ſacrilegis.
XVII. De homicidio voluntario & caſuali
XVIII De adulteriis, ſtupro, raptu & inceſtu.
XIX De crimine falſi.
XX. De furto, rapina, injuria & damno dato.
XXI. De uſuris.
XXII De pœnis.
XXIII. De ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti.
XXIV. De pactis & tranſactionibus.
XXV. De arbitris.

LIBRI IV.

I. De Judiciis.
II. De in jus vocando.
III. De procuratoribus & defenſoribus.
IV. De dolo & contumacia.
V. De libelli oblatione.
VI. De exceptionibus.
VII. De litis conteſtatione.
VIII. De juramento calumniæ.
IX De probationibus & depoſitionibus.
X. De teſtibus & atteſtationibus.
XI. De fide inſtrumentorum.
XII. De jurejurando.
XIII. De præſumptionibus, inſpectione oculorum, & de fama.
XIV. De ſententia & re judicata.
XV. De appellationibus, & ne pendente appellatione aliquid innovetur.
XVI. De in integrum reſtitutione.
XVII. De ſupplicatione contra ſententiam; & de ſyndicatu.
XVIII. De executione rei judicatæ.
XIX De accuſationibus, inquiſitionibus, & denuntiationibus.
XX. De Purgatione Canonica.